

principia, ut iis adauctis & comple-
tis majorem tandem consequa-
mur beatitudinem: sed nulla ibi
inuenies, quæ contra rationem.
In horum cognitione si ratione
uti nolis, aut fanaticismo aut
barbarismo amicus & eris & vide-
beris.

Quæ quum ita sese habeant, suf-
ficientibus & justis rationibus de-
stituti doctores sat multi tantam
juventutis multitudinem philo-
phia prohibent. Vim legis natu-
ræ nesciunt, & terminos cognitio-
nis nostræ & diuinorum rerum at-
que humanarum pessime coar-
ctant. O tempora! o mores!
quem non fecere socordem isti
scientiarum corruptores!

Sed damnum fere præteriislem
omnium gravissimum, atheismi
scilicet in hodiernis temporibus in-
crementa & extensionem, quo
philosophia contemtum illum
ulciscatur necesse est. Refutant
atheos,